

Andreas Arnsel

**Lessus Funebris In placidum beatumq[ue] Obitum Venerandi Senis Viri ... Dn.  
Henrici Schuckmanni, I.U.D. P.P. ... 24. Septembr. Anno 1656. Solemnissimo luctu  
terrae demandati Condolentiae ergo**

[Rostock]: Richelius, 1656


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777422042>

Druck    Freier  Zugang




Bodock, L.  
in  
**H. Schuckmann.**  
**Rost. 1656.**









LESSUS FUNEBRIS  
In placidum beatumq; Obitum  
Venerandi Senis  
Viri celeberrimi, Consultissimi, Excellentissimi  
DN.  
**HENRICI SCHUCMANNI,**  
J. U. D. P. P. & Consistorii Ducalis  
Assessoris gravissimi  
24. Septembris Anno 1656.  
Solennissimo luctu terra demandati  
Condolentiae ergo scr. ab  
**ANDREA Amself. U.R.S.**



Prælo Richeliano.

HENRICI SCHICMANNI.

LEIPZIG CONCILIO DUCENS

VERGESSENES LIBERUM

SCHEIDEN 1528.

CONFESSORIS ETIO TERRA

INDREA MULIERE.

VERGEG

PETRO RICHELIUS,

**F**atum rapax! ah quantus heros aufugit!  
Heu quanta mens & indoles divinior,  
Mortale cingulum relinquit & solum!

Nullus dies ferale damnum sarciet,  
Ut prodeat mundi decus tam splendidum.  
Justi boniq, præsul, ac injuria  
Vindex & hostis, ordinis docti decus,  
Sublime pectus, artibus mens optimis  
Fulgens, & ampla Dædalæ solertia:  
Quæcunq, Baldus scripsit, & quæ Bartolus  
Decidit aptè, Practicus doctissimus;  
I besaurus omnis Consili, Germanicus,  
Tenaxq, candor, cana Priscorum fides,  
Et portio restans bonorum temporum.  
Princeps Athenæi columna nobilis,  
Bonis ademius, & sacro consortio  
Novem sororum, quiq, præsidet patris  
Apollinis, sedes beatas incolit.  
Quis posse ponifletibus modum putat?  
Et ejulatus supremi mæstissimos?  
**SCHUC MANNUS** est: complebitur qui nomine  
Quicquid fuit virtutis, & processerit.  
Interpretem deflete Turis virgines,  
Novem sorores, sancta quem luget Themis.  
Lugubre concives Lycæ dicite,  
Et tu Senatus ordo prudens patrii,  
Et vos alumni casus sic quos afficit.

Ubique

Ubique semper luctus. Et squalor sonet.  
Sed quorsus absque, fine planctus insolens?  
Est impotens avara Parca dextera,  
Finxit quibus sol optimè præcordia,  
Nec imperat Diis editis mors pallida,  
Compage quorum dissipata corporis,  
Summo Jovis calestis aura tollitur,  
Perpetuque consecratur immortalitas,  
Ær umna dum premit gravis nos corporis,  
Mortalis, Et timore sumus debiles,  
Atox spe superbi, præcocique pectore.  
Vos editos propinquiore sanguine,  
Quos mæror hic tangit magis gravissimus,  
Soletur aura cœlica beatior  
Sedes, ab ingenti dolore libere,  
Brevisque nobis ad futurum tempore  
Quo jungimur, vitâ relicta sordida.  
Quem jam nigro tolliferetro cermimus,  
Eius quietem comprecessum osibus,  
Dum jungitur vitalis aura corpori.  
Nunc ultimum justum Senex hoc accipe,  
Et parva magni vulneris vestigia,  
Quæ corde tristi manibus dico piis  
Non immemor paterne Mæcenæ tui,  
Hac membra donec atra mors dissolveret.









**H**eu nimium fera mors! ulli sic parcere nescis?  
 Sic sine lege ruens cuncta dolore repleas  
 Non tibi sat, passim tela inter Martia quod nu-  
 Tot correpta ferox corpora fundis hum-  
 Qvin etiam nostris fato crudelis ab oris  
 Auffers canitie, tum pietate gravem.  
 Heu luctus! dolor ah! fors o fera! flebile fatu-  
 Hei casus subitos, anticipesq; nimis!  
 O Cives, Cives! largos hinc spargite fletus  
 Qvod cecidit Patriæ fida columna meæ.  
 Sed, qvanquam cecidit, cecidit tamen haud per-  
 Nam latus coeli gaudia vera capit.

Lugens mærens  
*Felix Fidelerus, Rost. SS.*

---

**EPITAPHIUM**

Gravissimo Seni


**DN. HENRICO SCHUCKM**

*exstructum.*

**N**il legit hic tumulus, lector, nisi corporis ossa,  
 Extremo quod erit, ut fuit ante, die.  
 Scis cujus fuerit? SCHUCKMANNI, nomine c  
 Qviq; fuit totus candidus atque pius.  
 Qui dum vivebat doctus, virtutis amator,  
 Magnus præclaræ fautor & artis erat;  
 Et jus tractabat, legum Jurisq; peritus,  
 Qvo mundus regitur dirigiturq; bene;  
 Justitiaeq; pio coelestis amore ferebat  
 Mille viæ casus, tædia mille senex.  
 Hic periiit. Sed quid? Virtus non passa perire est.  
 Spectatæ vitæ nam fuit atque piæ.  
 Si pius, haud periiit, summo sed in æthere felix  
 Vivit, nam requies mors solet esse piis.

*Eupanæsis ap  
Michael Cordes/Rost. SS. Th*

B



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart LT263 Serial No. 0911